

בשׁת יהוּה

Suffragante Ampliss. Sen. Phil. Acad. Aboens.  
PRÆSIDE

Dn. ISAAC BÖCKLUND /  
L. L. S. S. PROFESS. Ord. Facult. Philos.  
h. t. Decano Spectabili,

DE

# DOLO GIBEONITARUM,

DISSERTATIONEM HISTORICO-MORALEM,  
Publicæ Candidorum censuræ submittit,  
ERICUS CAJANUS, E. N. E. F.  
O. Botn.

Addiem VII. Calend. Maji anni 1730  
M. DCC. XXX.

*Loco horisque solitis.*

ABOÆ, exc. JOH. KIÄMPE R. Acad. Typ.

*ff Aldermanik.*

SÆ RÆ M:TIS  
MAGNÆ FIDEI VIRO,  
PERILLI STRI GENEROSISSIMO QVE  
COMITI Ac DOMINO,

# DN. GUSTAVO CREUTZ,

Legionis Pedestris Ostro-Botnicæ  
CHILIARCHÆ

Præcellentissimo,

Atque Præsidii, quod in urbe est Portus  
Friedericiani,

INTENDENTI

Longe Eminentissimo,

MÆCENATI MAGNO.

**S**alue! Celse Comes, Fennorum Gloria  
terra,

Agminis armati Dux Columenq; potens.

Excuses, queso, trepidi conamen Henlei,

Qui pulsat tecti limina magna Tui.

Seilicet iste quibus populum decepit Hebreum,

Adgressa est levitas pingere nostra dolos.

Quae licet imbellis musas & castra minerva

Sectetur, celos gestit adire lares.

Suscipe, Magne Comes, levidensis munera  
chartæ,

Quæ Tibi devota mente animoque sacro.

Gratuler inde mihi, si vilia dona placerent,

Talis & ut Domini dicerer esse cliens

Vide diu felix, precor, ut per secula multa

Ostenter tantum Botnia nostra Decus!

Per illustris Generosissimique Comitis ac

Chiliarchæ,

Cliens Devotissimus,

Ericus Cajanus.

Regiæ hujus ad Auram  
ACADEMIÆ RECTORI h.t.  
MAGNIFICO,

Maxime Reverendo atque Celeberrimo VIRO,  
Dn. Mag. DANIELI JUSLENIO,  
S.S. Theolog. PROFES. Ordin. Ecclesiæ  
Cathedralis Fennicæ ANTISTITI,  
Et Confistorii utriusque ADSESSORI,  
Gravissimo, Mæcenati Optimo.

VIRO Admndum Reverendo ac præclarissimo,  
Dn. Mag. ERICO CAFANO,  
Ecclesiarum, quæ Deo in Cronoby & Teiriæ  
Jerswi colliguntur, PASTORI, Districtus vi-  
cini PRÆPOSITO, & Nosocomii Korphol-  
mensis EPHORO, Adcuratissimo, Parenti,  
ut Optimo, ita omni Filii reverentia æter-  
num colendo.

VIRO Plur. Reverendo atque Præclarissimo,  
Dn. Mag. ERICO FALANDRO,  
Cœtus, qui in Kelfwiå Christo congrega-  
tur, PASTORI longe meritissimo, Patrui  
loco semper Colendo.

VIRO

Maxime Reverendo & Celeberrimo,

Dn. M. JOHAN. HAARTMAN,  
Philosoph. Theoret. in Regio hocce Ly-  
ceo PROFESSORI Ordin.

Consistorii utriusque ADSESSO-  
RI, atque PASTORI

In Mandāmāli Gravissimo, Patrono  
Optimo.

VIRO plurimum Reverendo ac Preclarissimo,  
Dn. M. JOHANNI SALMENIO,  
PASTORI in Rīmitō Emerito, Avunculo  
qvovis reverentiae genere suspiciendo.

VIRO Plurimi. Reverendo atque Clarissimo,

Dn. ELIÆ TELIN,

Pastori antea Legionis pedestris Saxonice  
in Svecia stipendia merentis, jam vero plu-  
res per annos Pastori vicario & Sacellano  
in Pedersöre & Jacob Stad Vigilantissimo,  
Fautori & Evergetæ Propensissimo.

Plurimum Reverendo & Doctissimo VIRO,  
Dn. ARVIDO GEBSKARDE,  
Legionis Pedestris Aboiticæ Pastori Me-  
ritissimo, Avunculo multis nominibus  
honorando.

PAttoni, Pater & Fautores Vos veneran-  
di,

Sistitur heic Vobis e Gibeone dolus.  
Ille quidem gracili culmus de messe minervæ  
Mittitur; ast faciles suscipiatis eum.  
Digna cluent minime meritis manuscula tan-  
tis:

Pectoris ista tamen tessera sunto pii.  
Vivite Vos salvi, felices omne per ævum,  
Incolumesque, precor! dum pia vota ua-  
lent,

Maxime, Admodum & Plurimum Re-  
verendorum Nominum Vestrorum,

Cultoris Humillimi  
Et  
Filii Obsequentissimi,  
ERICI CAJANI,

Viro Juveni

Ingenii morumque cultura conspicuo

Dn. ERICO CAFANO

Dum eruditam ederet de Gibeonitarum  
dolo dissertationem, σύχαρη hoc-  
ce reliquit

Μηδέσι ἔδωκερ ἀπερ Θεὸς αὐθεντοίσις πόνοιο,  
Ἄλλα τέ νέμει δυτοῖς μεγάλῳ σύμπαντις ιδρῶν.  
Οὐτε γὰρ ἕχοντες παρεόντος ἐκείνον αὐτοῦρον,  
Οὐτοὺς ἄνευ δρόμου ἡδὲ κόποντες θελύχηκε Βραβεία.  
Τάντας δεῖ αὔμας, καθάπερ μύρμηκες ἔποστι,  
Ἐμεναιαὶ ἀσκενταῖς, μῆτ' ἐν παραδείγματι ἀκηδεῖ  
Τελίγοσ, ὃς νάζκη διαγει ἐο πάντες βίον γε,  
Μήτ' εἰρ ἀσελγείσκαιρον διάλειψαι αὐταιδῶς.  
Τῇδ' ἄρα ἐσκόπεες παρὰ τὴν Αἴγαργὴν δαιτέρω,  
Οἵ τὴν ἐξεδόθας γλαφυρὴν διάλεξιν ἐκοντί,  
Ωτε μὴ ἐν συῃδίαγειν ὥρας τε βίον τε,  
Ζώδιον αὖτε ἀλογον γάιατρ διαπαντὸς ὄρασον.  
Καὶ μὲν ἐλευθέριοι παιδεῖσι ἔωσι βαρεῖσι  
Καὶ χαλεποῖ, ιθύντας ὅπως εἰκάλω ἐκείνας  
Μάρλις, τῇ βολάνῃ, ρίζας περ ἔχοντες μέλαινας.

οὐλλάγεταις λύματις κρατέων ἀνδρῶν οὐκ εἰσίσθια τα  
Θυμῷ, ὡς δηλοῖς διάλεξις σοῖς παισὶσι.  
Τόπεικα ή μυχάσια μεσούσια ἀπ' εὐειδώντος,  
εἶτα σῆσε σῆσε πόντα ἀπολαύσεις καρπὸν, ἐγεῖλαιο

JOHANNES WELINUS.

Thes I.

בְּאַלְהָתִים

Theſ. I.

## PROOEMIALIS.

§. I. Indicando, hominibus ultimas ad angustias redactis consilia interdum haud defuisse utilia, viram ad dicenda pandit.

§. II. Vox Dolus explicatur.

§. III. In natales vocis Gibeonitarum inquirit.

§. I.

**Q**VAM difficile fit hominibus, ultimas ad angustias ob quæcunque

A

que

que imminentia mala redactis,  
consilium aliquod, usum utili-  
tatemque ipsis allaturum, ceu  
certum & salutiferum, cape-  
re, res majoris est indaginis,  
quam ut ingenii mei hoc de-  
scribere valeat tenuitas. Ut  
vero facili non solum operâ,  
verum felici etiam eventu  
quamplurimis tale successerit  
consilium, ad quod maximo  
urgente necessitatis casu ac-  
cessere, unicuique historicos  
evolventi notum esse potest.  
Quid? nonne consilium Gi-  
beonitarum de foedere, astu  
quamvis, cum Joshua & Isra-  
élitis ineundo, adeo iis utile  
fuit, ut etiam victoria hor-  
rendaque Israélitica effugerint  
arma, licet suum ob dolum  
fer-

servitio sanctuarii addicti sint,  
vita tamen eorum in tuto fu-  
erit & qua de re totum le-  
gatur caput IX. Josuæ. Non-  
ne Judæi tempore Maccabæ-  
orum, libertatem & religio-  
nis suæ & habitationis sub-  
ter ficu sua, maxima licet  
cum molestia, contra gentes  
finitimas tuiti sunt (a) & Non-  
ne Thebani duce Pelopida  
urbem suam a Spartanis suba-  
ctam, audaci conatu in li-  
bertatem vindicavere, præsi-  
dio Lacedæmoniorum ex ar-  
ce expulso (b) ? Nonne et  
jam præeunte Rege gloriosissi-  
mæ memoriaræ GUSTAVO I.  
Dalekarli reliquique deinde

A 2 Sve-

(a) *Adiſis L. L. 1. & II. Maccab.*

(b) *Corn. Nep. vit. Pelop. c. III.*

Sveci seipsoſ ſortiter quidem, ſed periculoſe, Danis profligatis, ab ſervitute retraxere (c)? Ut aliis pluribusque ex numerandis exemplis ſuperie deam. Hinc liquet, in caſu neceſſitatis extremae rationem initam interdum proſpere cedere. Hinc videmus, quantum valeant interdum conſilia eorum, quos universale premit malum, dum inde ſe expedire laborant. Ob ejusmodi universale malum Gibeonitae vitam ſibi a Iofua atque populo Iſraēlitico, dolo quæſivere. Hoc de eorum dolo cum mihi jam animus ſit pauca

(c) Pufendorfs Inledning til Svenſka Historien §. 58. vel in vita G. I.

pauca proferre, solitum tuum,  
 Lector benevole, favorem,  
 quo alios quoque benigne  
 excipere antea voluisti, mihi  
 ut præstare velis, etiam atque  
 etiam rogo & obtestor: in pri-  
 mis ut quæ circa nobilissimam  
 hanc materiam minus polita  
 adferri videoas, in meliorem  
 interpreteris partem.

## §. II.

**Q**uoniam receptus dispu-  
 tantibus mos hanc tere-  
 vim legis induit, ut obstri-  
 ctus sit unus quisque voca-  
 bulorum in fronte dissertati-  
 onis occurrentium tum ori-  
 ginem tum notionem enoda-  
 re: hinc ex officio esse etiam  
 meo arbitror, voces, quas  
 dis-

## 6 DE DOLO

dissertatiuncula nostra præ se fert, paucis attingere. Ad priorem, *doli sc.* vocem, quod artinet, singulis Lexica insipientibus eam esse notissimam, me non latet. In Græca ci-  
vitate dicitur *άλητος*, ortamque  
volunt a *άλητω inescō*, vel *άλητος*: ad Latinos certe eadem  
vox postea manavit, quam-  
quam Donato eam a dolan-  
do deducere placeat. Sumi-  
tur autem vel pro *dolo malo*,  
*quo quis in sui detrimentum ab*  
*alio decipitur*; vel pro *bono*,  
*quem ajunt esse Actionem*  
*quandam, qua astutia simula-*  
*tioneque alter alterum, citra e-*  
*jus tamen damnum vel detri-*  
*mentum, seducit & decipit, in*  
*proprium sui ipsius commodum.*

Græ.

# GIBEONITARUM.

Græcis dicitur etiam *πάτη*,  
quasi ab æ privat. & *πάτος*,  
*via calcata*, *semita*, unde *πα-*  
*τάω* fit, quasi *παγῆντες πάτης*,  
a via publica abducere, i. e.  
decipere, fallere. In lingua v.  
primæva seu Ebræa dicitur  
*רָמָה*, quod descendit a rad.  
*רָם*, *calliditate*, *astus usus est*:  
& *תְּכִיכָה* *תְּכַקֵּח* a rad. de-  
perdita: *רָמָה*, *תְּרָמָה*,  
& *תְּרָמוֹת*, quæ voces derivatæ  
sunt a rad. verb. *רָמָה*, *jecit*, *de-*  
*jecit*, *projecit*, *jaculatus est*:  
quæ in Pihelitica conjug: signi-  
ficiat *רָכַח* *decepit*, *defraudavit*,  
*fefellit*. Svecis dicitur *Sivel*  
a *Sivika* / & *List* / unde *li-*  
*stighet* & verbum *lista*. Lin-  
gua vero nostra materna seu  
Fennica audit *Petos* a *pet-*  
*os* /

ſā/ decipere; quod ab Ebr.  
תָּהַ ſeductus, pellec̄tus fuit, du-  
abus prioribus servatis radi-  
calibus literis, ס & ת, facile  
derivatur. Hinc etiam, ab  
Ebræa puta voce, תָּהַ, haud  
incommode deducta videri  
posset vox Græcorum αἴρειν,  
cujus etymon aliud a Lexi-  
cographis traditum modo at-  
tingimus.

## §. III.

**Q**uod autem ad alterum  
attinet vocabulum, Gi-  
beonitarum nempe, quod in  
fronte exstar diſſertatiunculæ  
nostræ; Ebrææ id eſſe origi-  
nis, nemo inficias ibit, qui  
vel primas linguae hujus fa-  
cræ delicias gustaverit. Ejus  
vero

vero derivatio quamvis obscurior videatur, non tamen hæreo, unde sit deducendum. עַכְשָׁה namque radix nobis arri-  
 det, unde גְּבִיעָה *scyphus* & גְּבֻשָׁה  
*collis*, immo עַכְשָׁה proprium loci nomen, quasi editum & conspicuum dicas, nec non מְגֻשָׁת tiaræ. Videtur radix illa *elatum* quoddam, *assur-  
gens* & *tumidum* denotasse, in quo derivatorum notiones conciliantur. Nam ut Clariſſ. Gussetius in Comment. Ling. Ebr. (d) ait: *Scyphus inversus* עַכְשָׁה *collis* eodem modo *assurgunt*. Galeri imitabantur vel *Scyphum*, vel *collum*, *assurgendo supra verticem*. Hinc quoque nomen urbis ab his-

ce deceptoribus habitatę, יְבוּן dictum est, ob editorem situm (e). Eadem enim litterae radicales heic prostant ac in יְבוּן, suffixa insuper a fine terminatione י heemantica. Græcis interpretibus & Josepho nomen hoc scribitur γαρθων, γαρθωνις. in quam formam etiam Judæi videntur post captivitatem Babyloniam id flectere cœpisse. Alioquin Iabio Ebræo puriori sonat יְבוּן Gibbon, cui nostrorum versionum Gibeon, Gibeonita, proprius accedit. Errat itaque Gibeonitarum horum dolus, de quo in præsentiarum agimus, astutia quedam intenta ad eliciendum a

fo-

*Josua & populo Israëlitico fædus, quo interitum sibi imminentem effugerent, suamque servarent vitam.*

## Thes. II.

## HISTORICA.

§. I. Originem Gibeonitarum ex Hebreis arcessit, & situm urbis Gibeon in sorte tribus Benjamin ponit.

§. II. Ipsum hunc Gibeonitarum dominum describit.

§. III. Causam & eventum doli bujus excogitati adserit.

§. IV. Pœnam hunc ob dolum Gibeonitis inflictam esse demonstrat.

§. V. Gibeonitas e captivitate Babylonica redudes fuisse innuit.

## §. I.

**H**ilce jam sic præmissis ad ipsam me conferam materiem

teriem pertractandam. Ubi  
primo intuitu occurrit quæstio:  
*Cujusnam gentis hi Gibeonitæ,*  
*& quoniam in loco, aut cuius*  
*tribus Israëliticæ parte sita fuit*  
*urbis Gibeon?* Quæ facili qui-  
dem opera solvitur. Nam Spi-  
ritus ipse Sanctus utrumque ex-  
pedit momentum, non tan-  
tum expresse Gibeonitas ap-  
pellando *Hevæos*, Jos. IX. 7.  
c. XI. 19. sed & monstrando  
Gibeonem in isto jacuisse tra-  
etu, qui in sortem tribus Ben-  
jaminiticæ postea cessit, Jos.  
XVIII. 25. Id tamen heic  
oblivandum, Hevæos ab *He-  
vi s. Hirri* originem traxisse,  
Gen. X. 17. filio Canaani, qui  
ab avo Noacho anathematis  
fulmine erat percussus, Gen.  
IX.

IX. 25. Constat præterea, hanc  
Hevæorum gentem habitasse  
ad montem *Hermonem* in re-  
gione Mizpa, Jos. XI. 3. sive  
ad *Libanum*, inde a monte  
*Baal-Hermon* usque ad *Ha-  
math*, Jud. III. 3. adeoque in  
extremis Canaanææ finibus o-  
rientem versus. Unde & e-  
ruditi *Cadmonim* illos, Gen.  
XV. 19. qui inter ceteros Ca-  
naaniticæ stirpis loco Hevæo-  
rum recenseri videntur, pu-  
tant hos eosdem fuisse He-  
væos, a ☰ oriens dictos,  
quandoquidem hi orientem  
magis spectarent. Hevæis hi-  
scæ orientalibus & Gibeonita-  
rum nostrorum ortum vindici-  
cant, eosque ceu coloniam  
Hivviticam in medio Canaa-  
nitis.

nitidis ad latus Jebusæorum  
concedisse autumant magni Vi-  
ri. Ita enim præter acutis-  
simum Sam. Bochartum (*f*),  
Clariss. Adam. Erdm. Mirus  
disertis verbis (*g*): Alius die-  
sen (sc. Hevæis) sind entspros-  
sen die Gibeoniter / welche  
mit Josua einen Bund mach-  
ten. Cui incomparabile illud  
fidus gentis nostræ b. m. Doct.  
Johannes Gezelius, Episco-  
pus Aboensium desiderarissi-  
mus, in opere suo aureo bi-  
blico (*h*), & Doct. Abrah. Ca-  
lovius (*i*) assentiuntur: nec  
non Celeberr. Ravanelius in  
sua

(*f*) Phaleg. Lib. VI c. 36. (*g*, Lex.  
Antiq. Bibl. p. m. 592. (*h*) Ad Jos.  
cap. IX. 3, (*i*) Bibl. illustr. ad Jos.  
eundem, loc.

qua Bibliotheca sacra (k); & Cl.  
Christ. Schotanus (l). Atque sic  
spero iam esse meridiana clarius  
luce, magnam hanc urbem  
vel metropolim *Hevæorum* Gi-  
beon in sorte Benjamin sitam,  
atque ab hisce suis ad Josuam  
venientibus incolis, qui inde  
dicti sunt Gibeonitæ, fuisse  
habitatam. Metropolim, in-  
quam: nam civitas hæc He-  
væorum pluribus habitavit op-  
pidis, quæ Jos. IX. 17. numer-  
rata, in ditione Gibeonita-  
rum fuisse memorantur: ut  
frustra sit Josephus (m), qui  
reliquas illas vicinas civitates,  
tanquam alieni juris, solis Gi-  
beo-

(k) Part. I. p. 1063. (l) Biblioth. Hist.  
Sacr. vet. Test Tom. II. p. 382. (m)  
Antiq. Jud. Lib. V. c. I.

beonitarum persuationibus mo-  
tas, in societatem legationis  
consensisse refert.

## §. II.

**A**Tque hi ipsi Gibeonitæ,  
longum mentientes iter,  
Josuam & populum deceperent  
Israëliticum. Auditis namq; o-  
mnibus, quæ Jehovah Ægy-  
ptiis, Sihoni Hesbonensium, &  
Ogo Basanorum Regibus fecis-  
set, atque quomodo Josua Je-  
richuntrem & Ai devicisset,  
deleisset, soloque æquasset, do-  
lo astuque uti , ac se suaque  
omnia hoc modo servare ma-  
luerunt, quam ut, veluti *qui-*  
*que illi reges* , de quibus Jos. X.  
I. & 3, ac universa ceteroquin  
Canaanæa , belli incerta ten-  
tare

tare vellent. Nam cum reli-  
qui reges Canaanorum con-  
silia inirent, quomodo armo-  
rum Iraëliticorum sustinerent  
vix atque imperium, eaque  
depellerent; hi Gibeonitæ me-  
liora quasi edocti, aliud cepe-  
re consilium, quod tutius,  
quodque salutarius sibi esset,  
callidum quanvis & astutum.  
*וְיָלִיכְמַיִם,* *וְיִרְאֵנּוּ,* inquit san-  
ctissimus auctor textus sacri, i.  
e. recta ad Gilgalem, ubi ca-  
stra tunc temporis habuere  
sua Iraëlitæ, perrexere via.  
*וְיָמְצָאֵו,* *וְיִתְּבָאֵלְמַיִם,* legatos se fecerunt,  
dicentes, longinquo e loco se  
huc ablegatos esse a primori-  
bus suis atque senioribus, ter-  
ribili DEi Iraëlis fama exci-  
tatis, ad avertendum a se il-

lud letale exitium, quod Ca-  
naanais immineret. וַיָּחִי שְׁקִיבָּע, בְּלִבְנֵי חֶתְוּיָה  
 sumse-  
 runt saccos veteres super asinis  
 suis, וְנָאָרוֹת יוֹן בְּלִבְנֵי וּמִבְקָעָה  
 utres vini veteres  
 disruptos (diffissos) וְלִגְאָטָז (vel fasciis colligatos)  
 וְנָעָלוֹת בְּלוֹת וּמְתֻלָּאות בְּרֶגְלָיוֹת,  
 calceos veteres וְrefartos  
 in pedibus suis: וְשִׁלְמָוֹת בְּלִוְרָאָז  
 vestes veteres (עליהה וְtritas) super se:  
 וכל לחם o-  
 nnis panis viatici eorum are-  
 factus fuit in micas, vel ut  
 loquitur Buxtorfius, in pun-  
 eturas, id est, mucidus, pun-  
 etis mucoris respersus (n) Si-  
 mulabant itaque hoc modo,

&amp;

(n) Lex. Ebr. ad voc. נָקְרָיוֹת p. m. 484.

& vestitu detrito, & vascu-  
lis vetustis, mucidisque viati-  
ci frustulis instructi, se lon-  
gum confecisse iter, prius-  
quam ad Israëlitas venissent.  
Ad viam ita erant parati,  
prout litteris ex sacris popu-  
lum videmus orientalem olim  
fecisse iter. Ut Hagarem cum  
puero suo Ismaël e domo A-  
brahami ejectam, Gen. XXI.  
aliosque; qua de re, ut &  
de peregrinatione hodierna  
orientalium fusius differentem  
videsis b. joh. Cunrad. Die-  
tericum (o). Cornelium et  
iam Nepotem (p), iter *An-*  
*tigoni* ex *MEDIA* in *Persidem*  
proficiscentis, *Eumenemque*  
B 2 bel-

(o) *Antiq. Bibl. vet. Testam.* p. 310. G.  
seqq. (p) *Eum. vit. cap. VIII.* n. 7.

bello aggressuri, describentem.  
**H**oc itaque miserabili habitu,  
 ob terrorem armorum Israë-  
 liticorum, itineri se aptabant,  
 fidem eo melius facturi Isra-  
 élitis, se e dissitis ad eos ve-  
 nisse regionibus, quum testi-  
 monium ipsius rei verbis ad-  
 dere suis viderentur.

## §. III.

**S**Cilicet percrebuerat fama  
 de victoribus populi Dei  
 armis, decretoque Divino de  
 tradenda Israélitis universa  
 Canaanitide, incolis ejus in-  
 terneione deletis (*q*): jam-  
 que devastatis finitimiis, pro-  
 xime eos flamma videbatur  
 correptura. Qua percussi,  
 bene

(*q*) *Jos. IX. 24.*

bene norant, se haudquaquam posse resistere potentiae & impetu armorum, *DEo fortunante & opitulante*, victoriosorum: itaque dubitabant, se ullo modo cum suis servari posse, nisi iratos Israëlitarum animos possent mitigare, cum dicerent, peregre se venisse ob nomen Dei ipsorum, hoc consilio, ut servos se eorum declararent, seque iis dederent. Neque careres eos fecerunt. Nam simulac ad castra venerant Israëlitica, statim bene excepti sunt. Amice habitis licentia dabatur exitii deprecandi, cum profiterentur se ex ejus regiōnis incolis non esse, sed a hunc. Vitam impetravere,

quod

quoniam crederent Israélitæ, nil heic subesse doli, addito insuper iis valido a senioribus populi jurejurando, illos in tuto navigaturos portu, & nunquam vita bonisque suis iri privatum.

## §. IV.

**C**um jam sic verba dedis-  
sent victoriosis Israélitis,  
servati, uti dictum, jurejurando hi Hevæi Gibeonitici, &  
in foedus ab Israélitica admissi sunt gente. Sed nec eo  
minus celeriter emanauit dolus eorum, ut verbis D. Schostani (r) utar. Huc & illuc  
enim circumfusis vietricibus copiis

(r) *Biblioth. hist. Sacr. vet. Testam.*  
*Tom. II. p. 382.*

copiis, paullo post venere ad  
urbes eorum Israëlitæ , ubi  
hosce deprehendebant impo-  
stors. Quo facto , interrogati Gibeonitæ , cur ipsos de-  
cepissent, respondebant , se  
veritos esse, ut alias sibi su-  
isque pepercissent Israëlitæ .  
Quamobrem gravissime a Jo-  
sua reprehensi internecione  
quidem liberabantur , verum  
födere hoc deditiois tribu-  
tario in conditionem plane  
servilem personalem verso, ob  
fucum huncce suum servitio  
æterno Israëlitis præstanto da-  
mnabantur. Primo quidem  
ut ligna cæderent, & aquam  
portarent in ministerium ta-  
bernaculi, Levitisque mini-  
strarent, sicut Levitæ Sacer-

dotibus: unde dicti נְתִינִים Nethinim, a נָתַן dedit, h. e. quasi dedititii, ceu ait Buxtorfius (j), non tantum quia Josua eos tradidit, וַיַּהֲיוּ יְהוָה יְהוָה Jos. IX. 25. sed & quia David ministerio eosdem addixit שְׁנָתֵה הנְתִינִים Esd. VIII. 20. a quo simul Mirus putat eos in certos esse ordines distinctos (t). Deinde vero, in templo a Salomone erector serviebant statim vicibus & diebus, afferendo Levitis ligna & aquam in usum sanctuarii, ad eversionem usque templi, quod Hierosolymis erat, primi, dum una cum populo Israëlitico captivi Babyloni-

(j) Lex. Ebr. ad voc. נְתִינִים p. m. 496.

(t) Lex. antiqu. biblic. p. m. 860.

nem abducebantur a Nabu-  
chodonosore (ii). Ceterum  
debellata per Josuam Canaa-  
næa, cum regio Gibeonitica  
cum oppidis suis tribui Ben-  
jamin sorte obtingeret, du-  
bium suboritur, num Gibeo-  
nitæ sedibus suis sint moti.  
Caussas dubitandi auget, quod  
metropolis ipsa Gibeon una  
cum suburbis legatur in pos-  
sessionem data familiæ sacer-  
dotali, posteris Aaronis, Jos.  
XXI. 17. immo tabernaculum  
ipsum & universum ministe-  
rium sacrum, aliquamdiu tem-  
pore Davidis, 1. Paral. XVI.  
39. & imperio Salomonis in-  
eunte, 2. Paral. I. 3. Gibeo-  
nie sit frequentatum: neque  
pro-

(ii) 1. Paralip. IX. 2.

probabile sit , sanctissimam re-  
ligionem intra moenia gen-  
tis profanæ esse pollutam. Ve-  
rum enim vero nusquam le-  
guntur Gibeonitæ sedibus su-  
is pulsi : heic certe minime  
**id** videtur necesse fuisse, quum  
familia sacerdotum , tot lo-  
corum possessione aucta , sola  
omnibus urbibus , præsertim  
majoribus , qualis Gibeon ,  
complendis vix fuerit part; a-  
deo ut , quanquam familiæ  
quædam gentis Aaroniticæ Gi-  
beonem migraverint , eam ni-  
hilominus pristinis incolis ple-  
risque suffecisse non sit mi-  
rum. Accedit , quod horum  
Levitici cultus servorum o-  
pera sacerdotibus sic tanto e-  
rat aptior , quanto propior :

præ-

præsertim qvum vero sit si-  
mile, Gibeonitas jam Davidis  
saltēm ævo Israëliticis sacris  
accessisse.

## §. V.

**Q**uid? cum reliquis Iuda-  
is in captivitatem qui-  
deñ abducti erant: nonne ve-  
ro etiam inde post completos  
LXX. annos reverſi sunt in  
Iudeam, & altero exstructo  
templo, sanctuarii denuo fue-  
re ministri? Ad hanc quæ-  
ſtionem ut affirmative respon-  
deamus, monet nos non tan-  
tum redintegratio ministerii  
ſacri, atque ſacrificiorum,  
ſummo offerendorum Numi-  
ni, quibus peragendis offi-  
cia ~~לְאַתָּה נִזְבֵּחַ~~ requirebantur;

verum

verum etiam varia scripturæ loca luculentissime ostendunt docentque, eos cum ceteris reduces fuisse e terra Chaldaeorum in Judæam. Recensentur enim inter eos, qui rediere, Esdr. II. 20. *filii Gibbar* XCV. Gibbar enim eadem erat urbs quæ Gibeon, ut ex collatione cum Neh. VII. 25. patet. Præterea etiam Neh. III. 7. numerantur inter instauratores Jerusalem, non solum *Melatia Gibeonita*, sed & plures *viri de Gibeone*. Et si quis de hisce dubitet, *Nethinæorum aliquoties*, soluta captivitate, fit nientio. Definitur namque numerus reducunt, Esdr. II. 43. 58. Neh. VII. 46. 60.

Comi-

Comitiis interfuisse narrantur,  
Neh. X. 28. Dicuntur habi-  
tasse in Opbel (x). Tributam  
illis quoque immunitatem o-  
mniū onerum publicorum le-  
gitur (y). Non omnino re-  
fragamur, sub nomine Ne-  
thinim etiam comprehendendi re-  
liq̄os Canaaniticæ gentis, a  
Salomone in sortem tributa-  
riam redactos. Sed assevera-  
re simul ausim⁹, Gibeoni-  
tas, ceu primos & præcipu-  
os Nethinæos, minime inde  
esse excludendos: immo hos  
forte solos intelligendos, sal-  
tem quoties Nethinæis servi  
Salomonis a latere adjungun-  
tur, ut Eſdr. II. 58. Neh.  
VII. 60. cap. XI. 3. Atque  
ita

(x) Nehem. III. 26. (y) Eſdr. VII. 24.

ita deprehendimus etiam post  
reditum ex captivitate Baby-  
lonica fuisse posteros horum  
Gibeonitarum, qui Josuam  
deceperant. Quo autem lo-  
co apud Judæos habiti sint  
*Nethinim*, patet ex judicio  
eorum in Hierosol. Horajoth,  
adducente Lightfooto (2),  
ubi magna recensita subsel-  
litorum serie, & variis digna-  
tionis gradibus, *infra notho-*  
*rum sortem Nethinæ depri-*  
*muntur. Unde nec connubio*  
*iis permissum est cum Israe-*  
*litis misceri. Certe חטב עזב*  
*& מיאב שב, ligna cædentes*  
*& aquam haurientes, jam an-*  
*te per Mosen Deut. XXIX.*

II.

(2) *Hor. Hebr. ad Matth. c. XXIII. 14.*

II. ut infimi ordinis & ser-  
vilis conditionis inducuntur.

## Thes. III.

## MORALIS.

§. I. An Israëlitis permisum fuerit  
cum gentibus extra Canaan face-  
re fœdus, questionem mouet.

§. II. An cum Canaaneis?

§. III. Jurandum Israëitarum Gi-  
beonitis datum mandato divino de-  
delendis Canaaneis non repugnas-  
se, probare annititur.

§. IV. Quousque dolo uti, iure incul-  
patæ tutela, liceat, disquirit.

§. V. Ipsam doli Gibeonitici moralita-  
tem sistit.

§. VI. Dissertariuncula finem imponit.

## §. I.

**A**Tque adeo breviter *dolo*  
hocce Gibeonitarum de-  
scri-

cripto, restat ut de moralitate ejus queramus. Dispiciendum itaque nobis est, *An his eorum dolis Iuri conveniat naturali? & numne mandato divino de cædendo delendoque populo Canaanitico, repugnet iusjurandum Israëlitarum Gibeonitis datum?* De singulis ut ordine agamus distincto, convenit, ut primum posterius exutiamus momentum quæstionis. Ubi in antecessum inquirendum nobis est: *An cum extraneis fædus percutere licitum fuerit Israëlis?* quod aliqua labore videtur difficultate. Prohibuerat namque supremum Numen Israëlitas foedere cum aliis ineundo gentibus, hanc

præ-

præcipue ob cauſſam , ne po-  
pulus Iſrael ab iis ſeduſtus , a  
DEo deficeret , & Idolorum  
amplectereſt cultum . Verum  
deditioñis exteris cum genti-  
bus iniare fædus omnino illis  
permiſſum erat : videlicet , ſi  
pacem ſibi oblatam illæ acce-  
ptaſſent , tunc illis parcere Iſ-  
raēlitæ , vitamque concedere  
debebant , ita tamen , ut fal-  
vatæ ſervirent iphis ſub tributo  
(a) . Quemadmodum ſequen-  
tibus etiam temporibus factum  
eſſe legitimus , ut ſceptra te-  
nente Davide (b) , qui varias  
devictas gentes tributarias fe-  
cit . Sed annoſ ſocietatis etiam  
fædere cum illis pacifici fas erat :

C

Si

(a) vidēſis Deut. XX. 11. (b) vid. I.  
PARAL. XI. 8. 2. SAM. X. 19.

Si per foedus nihil aliud intel-  
ligatur, quam pactio de mutua  
securitate, sive cautio de non  
ladedo, aut pax utrinque ser-  
vanda, commerciis etiam in-  
evitabilibus inter cives utrius-  
que populi colenda: sic cum  
omnibus extra Canaan pacisci  
poterant & debebant Israelitæ.  
Sed si pro conventione accipia-  
tur, de auxiliis mutuo præ-  
standis, præsertim adversus  
hostes, sive ostensivum illud  
foedus fuerit, sive defensivum  
Israelitæ: displicuisse videmus  
Numini ejusmodi foedera, &  
in pluribus castigata, ut vel A-  
ſæ exemplum probat, 2. Paral.  
XVI. 7. quia animos populi  
DEI a fiducia Divinæ opis ad  
venerationem humanorum  
sub-

subsidiorum abducebant. De his egregie disputantem consule Isogæum (c). Fœdus autem illud, quod iniit David cum Hiramo Tyriorum rege; nec non quod cum eodem confirmavit Hiramo filius & successor Davidis, sapientissimus ditissimusque omnium, rex Salomo (d), nihil erat aliud, nisi contractus peculiaris de rebus in commercium venientibus, idque in casu quodam singulari. Huc vero id non videtur quadrare, quod cum Pharaone Ægyptio idem pepigit Salomo, matrimonii

C 2 eto

(c) Karla Segerskiold. part. II. cap. integr. om förbund med ochristina/ præsent. §. 28. seqq. (d) 2. Sam. V. II. 1. Reg. V. cap. totum hac de re vide.

etiam vinculo firmatum (e). Nedium posteriori ævo de fœderibus regum Israel & Juda, quæ cum gentibus aliis invito Numine fecerunt, e re est, ut quid dicam.

## §. II.

**O**rdinis jam exigit ratio, ut disquiramus : *An cum Canaanæis fœdus inire permisum fuerit Israëlitis?* Cui quæstioni absolute respondere negando, esset oraculis contradicere Divinis. Notum quippe est ex scriptura sacra, DEum, non modo jure supereminentis dominii, ceu regem & summum imperantem populi numerosissimi, sed & tanquam justissimum scelerum Ca-

naani.  
e). 1. Reg. III. 1. c. VII. 8. & IX. 24.

naaniticorum vindicem, dedisse Israelitis, velut decreti sui vindicativi exsecutoribus, hoc in mandatis, ut cum proficerentur expugnatum urbem quandam, prius offerrent illi pacem, quam suam in bello tentarent fortunam: & si reciperet oppugnata urbs oblatam sibi pacem, aperiretque portas, tunc salvandam, & sub jugum servitutis praestandi que tributi esse mittendam: prout expressum hac de rem mandatum exstat divinum (f).

Quod ipsum etiam de Canaanitide est intelligendum, non obstante restrictione ad longinquos facta: illa enim non oblationem pacis determinat, sed

(f) Deut. XX. 10. II.

sed vel scveritatem vel moderationem in delendis incolis, conditiones fœderis pertinaciter aspernantibus, circumscribit, adeoque cap. cit. v. 15. est applicatio v. 13. & 14. Mandatum alioquin excisionis Canaanæorum non fuisse peremptorium, sed deditioñis fœdere declinabile, patet I.) præter Gibeonitas, exemplo tum Rahabæ & familiarium ejus, tum reliquiarum veteris Canaanææ tempore Davidis & Salomonis. 2.) Fetialium legatione & clarigatione, tum I. all. indicta, tum Sihoni Emoræo actu præstata, ad quem missi legati וְכִי שׁ cum verbis pacis, Deut. II. 26 Quod autem reliquis Canaanæorum civitatibus singulis

gulis eadem conditio & que ob-  
lata non legatur, caussa est,  
quoniam ipse bellum praecipi-  
parunt, vel nuntiis ad uni-  
versam terram missis ante-  
communiter erant compellatae,  
ut de epistolis Josue ad eas  
datis scriptores Judæorum lo-  
quuntur (g). Et poterat in  
bello isto mandato sufficere,  
pacem vel sponte potentibus  
concedendam esse. Quod 3.)  
valide conficitur ex Jos. XI. 19.  
20. ubi pervicacia gentis Ca-  
naanitæ caussa interencionis  
inducitur, quod nulla civitas,  
præter Gibeonitas, pacem cum

Isla-

(g) *Conf. Schickard. de J. Reg. Hebr.*  
*c. V. p. 305. Selden. de J. N. & C.*  
*libr. VI. c. XIII. f. 735. Cune. de*  
*Rep. Hebr. lib. II. c. XX.*

Itraële voluissent : ergo si quæ-  
sissent, similiter obtainendam.  
ut nihil dicam, obfirmatio-  
nis poenam etiam ob ante-  
gressum oblatæ securitatis con-  
temtum esse inflictam. Ten-  
dere itaque eo videtur man-  
datum clarigationis, ut inco-  
le quidem terræ Canaan pa-  
cem petituri in foedus recipi-  
endi essent, non vero in e-  
adem societatis jura, quibus  
genuini gauderent Israëlitæ,  
admittendi; quamvis vel se-  
ptem Noachidarum præce-  
pta receperint observanda,  
vel majus quoddam in se le-  
gis jugum derivari passi sint:  
unde vel אָרָק Peregrini ju-  
stitia, vel חַוְשֵׁב Peregrini do-  
micii, vel שְׁכֹוּןָ merce-  
narii:

narii: quibus epithetis apud  
Ehræos pro varia accessionis  
ratione, a se invicem distin-  
guebantur alienigenæ, in fœ-  
dus recepti deditio[n]is. Nam  
nec ad publica admittebantur  
officia, nec ullum in conven-  
tibus habebant jus suffragio-  
rum, sed obligati erant servi-  
re quibuscumque pro numera-  
ta ipsis pecunia, & quævis ser-  
vilia tractare. Atque adeo,  
eo modo cumque in finem  
licite recipi, & in tale dedi-  
tionis fœdus servitio destina-  
tum admitti potuere & Canaa-  
næi.

## §. III.

**H**inc igitur solutio motæ no-  
bis quæstiōis de jure juran-  
do

*do Gibeonitis præstito, num-  
ne convenerit mandato Divino  
de delendis Canaanæis, per se  
resultat. Scilicet non omnes  
gentes terræ Canaan interne-  
cioni dandæ erant, sed tan-  
tum illæ, quæ recusarent sper-  
nerentque pacem sibi oblatam;  
non vero, quæ sponte servi-  
tio & jugo se submitterent  
Islaélitico, & ex quibus nul-  
lum in posterum sive rebelli-  
onis sive seductionis immine-  
ret periculum (h). Colligi-  
mus ergo, hoc juramentum,  
ut verbis utar Clariſſ. Hoch-  
ſtetteri (i), non fuisse contra le-  
gem divinam, de perseveranti-  
bus*

(h) confersis Pufend. J. N. & G. Lib.  
II. c. IV. §. 7. (i) Colleg. Pufend.  
Exercit. VII. §. XXX. not. a. p. 344.

bus in iniestate & ad primam  
denuntiationem non parentibus,  
explicandam. Unde & factum  
est, ut DEus ipse postea fœ-  
dus isthoc & jusjurandum spe-  
cialiter approbaverit: non ra-  
tum habiturus, si absolutum  
ejus interdictum eo fuisset vi-  
olatum. Nam & famem,,  
quam passa est terra Israël di-  
rissimam, ob vexatos a Saule  
Gibeonitas fuisse immissam;  
& temeratam pectorum fidei-  
que juratæ religionem, nece  
posteriorum Saulis expiandam  
docuit summum Numen (k).  
Sed obstat videtur I.) cautio  
populi Israëlitici: *Fortassis in*  
*medio mei habitas, quomodo*  
*tecum paciscerer (l)? Quæ ta-*  
men

(k) 2. Sam. XXI. (l) Jof LX. 7.

men eo pertinet, ut interro-  
garentur Gibconitæ, quale  
desiderarent fœdus, *sociale*,  
an vero *deditio*nis; & mone-  
rentur, licere sibi hoc pan-  
gere, non vero illud: prout ex-  
istimat Grotius (*m*). Quo etiam  
tendunt verba, quibus se in-  
colæ Gibcon servos Israëli-  
tarum declarabant (*n*). 2.) *Re-*  
*prehensio* Israëlitarum ob ne-  
glectum consulendi oraculi (*o*).  
Sed quamvis populus iste in-  
dubiis casibus, bello hoc præ-  
fertim demandato, statuque  
Theocratico, os Domini con-  
sulere deberet: hoc tamen,  
casu id non adeo ipsam rei  
sub-

(*m*) *De J.B. & P. L. II.e. XIII.* . 4.

(*n*) *Jos. IX. 18.* (*o*) *cap. prox. cit.*

*v. 14.*

*substantiam, quam modum  
spectat. 3.) Periculum autem  
neque turbarum a plebe hac  
serva, neque seductionis a ca-  
lonibus hisce cultus Levitici,  
qui Israëliticis sacris celerius  
adsuefieri possent, metuendū  
erat. 4.) Et si vel maxime  
licuisset pacisci, pertinacia ta-  
men sua Hevaei isti ultimum  
fere iustum exspectantes, ve-  
nia se indignos reddidisse, ad-  
itumque sibi ad fœdus præ-  
clusisse videntur. Verum quan-  
quam ob neglectum non o-  
mnino a culpa erant im-  
munes : sunt tamen ratio-  
nes, quæ svadeant, eos non  
omnem decoxisse gratiam. 5.)  
Sed & *dolus* alterius partis  
paciscentis videri queat jusju-  
ran-*

randum hoc fecisse irritum. Ceterum dolus iste errorem non circa *essentiam*, sed *qua-  
litatem foederis* potuit parere: nam vi antea dictorum, Isra-  
elitas in fœdus isthuc nihilo  
minus consensuros, & sup-  
plicum vitæ parsuros fuisse,  
censendum est, qvum nihil  
esset in pacto, quod obstarer,  
quo minus servari posset ac  
deberet. Præterea jusjurandum novam non producit ob-  
ligationem, sed antea exsi-  
stentem confirmat. Ubi er-  
go pacta & promissa non ob-  
ligant, frustra vinculum juris-  
jurandi injicitur, quippe quod  
naturam rei haudquaquam  
mutat, adeoque de re per se  
illicita est nullum (*p*). §. IV.  
(*p*) *Conf. Puf. J. N. & G. lib. IV. c. II. §. 6.*

## S. IV.

JAm ad alterum quæstionis nostræ membrum devolvimur, de moralitate doli Gibeonitarum disquisituri. Ubi advertendum primo est: Jus Naturæ haudquaquam dengare cuiquam conservationem sui ipsius; quin multo magis approbare alicujus sollertia<sup>m</sup> circa vitæ bonorumque suorum conservationem. Nam qvum jus Naturæ hominibus præcipiat non tantum socialitatem esse colendam, verum etiam dicet officia reflexa esse observanda; quid est, quin etiam patescat, homines respectu horum officiorū teneri se suaque quovis modo servare, dummodo id ci-

tra aliorum detrimentum fiat? Et licet lex circa defensionem sui ex ipsa socialitate derivetur, ut loquitur Celeberr. Hochstetterus (q): Jus tamen inculpatæ tutelæ eo usque se extendit, ut defensio sui violentia in periculo vitæ, non aliter evitabili, cum nece alterius licita sit: hinc liquet, multo risq; licitum esse, uti dolo astuque, sine damno tamen alterius, ad se suamque sic vitani conservandam. Quia lex charitatis adversus me ipsum in decalogo mihi injuncta, & quia Juris etiam Naturalis est, seipsum defendere,

vi-

(q) Colleg. Pufend. Exerc. V. .IV. p. 246. (r) Idem loc.cit. pag. 248. nos. c.

vitamque non temere profundi-  
dere (r). Ergo quemadmo-  
dum non omnes fictiones, si-  
mulationes & dissimulationes  
pro illicitis sunt habendæ, sed  
illæ demum, quæ aut in glo-  
riam Numinis, aut in alio-  
rum commodum injuriæ sunt:  
ita in sui præsertim conser-  
vatione dolus innoxius lege  
haud improbari est censem-  
dus. Quod tamen isto cum  
temperamento est accipiendū,  
ut diligenter caveatur, non  
tantum ne actu damnum cui  
quam ex fictione existat, sed  
& ne jus alterius quoquo mo-  
do lœdatur. Quoties enim  
aliorum non interest, nos a-  
nimi nostri sensa pandere;  
nostra autem interest ea ce-

D lare;

lare ; toties signis diversum  
quid a cogitationibus nostris  
indicantibus uti licebit (f).  
Iibi vero alteri jus est , veri-  
tatem a nobis exquirendi , fi-  
ctionibus ad dissimulandam  
veritatem uti , summum est ne-  
fas (t). Ergo nec reo , quan-  
tumvis in sui tutelam , coram  
tribunali quod verum est dis-  
simulare , & fictionibus do-  
lisque judicem cludere licet :  
sed veritateni plane proloqui ,  
& non damnatum modo da-  
tum , verum & reatum aper-  
te confiteri , lege tenetur.  
Ceteroquin enim violatur jus  
illud , quod judici ad verita-  
tem

(f) Budd. Philos. Pract. part. II. c.  
IV. Sect. VI. §. IX. (t) Idem. Theor.  
Moral. part. II. c. III. Sect. V. §. IX.

tēm exacte cognoscendam omniō competit, qvum ea non cognita perspectaque officio suo ille rite fungi nequeat.

## §. V.

**E**x dictis itaque doli hujus Gibeonitici qualitas haud difficulter eruietur. Cognitum erat Gibeonitis severissimum Numinis edictum de extirpandis omnibus Canaanæis: idque clade regum Emoræorum transjordanensiū internecina executioni mandatum compererant: immo in Hierichuntinos Aitasque, cisjordanicas & vicinas sibi civitates, horrenda lævitum esse vastatione perspexerant: neque exitiale hoc malum sine

universæ gentis interitu magis sisti posse apparebat: jamque victrices Israëlitarum copias recta in se ituras, omnemque belli molem in caput suum ruituram videbant. Justo iraque terrore perculsi, perniciem, suo quidem judicio haud aliter evitabilem, aversuri, ad dolum confugiunt. Qui qvum forte eo non tenderet, ut damnum darent Iraëlitis, sed ut in extremo vitæ fortunarumque periculo lux ipsorum saluti consulerent, hactenus innoxiae utilitatis censeri queat. Neque causæ eorum admodum officere videtur, quod non ad primam denuntiationem imperata fecerint, sed justo serius

rius ad paciscendum accesserint: quum metu fuitimorum, quorū impetu a se solis sustineri posse diffideret, hæc pacis consilia prudenter distulisse putentur. Verum enimvero re paullo diligentius excussa, ac circumstantiis factū sub rationis examen revocatis, vitium ejus non potest non sese prodere. Aut enim Gibeonitæ peccarunt, dolose agendo; aut Josua, poenam maledictionis atque servitutis extremæ illis obolum hunc infligendo. Aut posterius cum ratione dici nequit, tum ob personæ Josuæ prærogativam, tum ob subsequenti tentatiæ ejus ratihabitionem. Ergo manebit prius. Fœdus quidem ipsum eatc.

catenus servandum esse cen-  
suit Josua , ut securitas illis  
vitaque concederetur , quip-  
pe quod & fas esse sciret ,  
& dolo ipsorum non viola-  
tum. Sed delictum Gibeoni-  
tarum consistebat in lesione ju-  
ris , quod Israëlitis erat quasi-  
sum , ad veritatem a Canaa-  
nitis plene exquirendam. Id-  
que duplii nomine. Primo  
namque Israëlitas , ceu de-  
creti Divini executores , ex-  
acte scire oportuit , cum qui-  
bus agerent , siquidem non  
iisdem legibus cum incolis  
Canaanæ , atque cum popu-  
lis remotioribus , paciscendi i-  
is erat facultas: his enim sa-  
tis esse poterat , de securita-  
te utrinque præstanda , sive  
de

de non lacerando caveri: illi autem, quamlibet supplices facti, sub jugum erant mitendi; rebelles vero penitus delendi. Non igitur licebat Hevaeis veritatem heic dissimulare, sine cuius cognitio- ne Israëlitæ justissimam DEI caussam rite cxsequi nequi- bant. Deinde beneficio Do- mini supereminentis destinata erat Israëlitis possessio Canaanitidis, cuius obtainendæ jure priores incolæ per delictum suum exciderant. Non ergo sine injuria poterant hi illos in adeunda sua heredita- te eludere, & quasi de do- minio illis non cedendo ma- chinari, i. e. jus eorum in- servcxtare, & facultatem libe-

re de peculio suo disponendi astu iis præripere. De utroque momento, tum de excisione Canaanorum per Israélitas a Jehovah decreta, tum de successione in bona eorum his destinata, Gibeonitæ sua ipsorum confessione erant informati (u). De jure etiam convictos fuisse non dubitandum, si quid divinitatis Jehovah tribuebant. Ast aliter judicare non potuisse, vel fama miraculorum circumca perpetratorum, etiam ipsis confitentibus, probat (x). Hinc quia jus Israélitarum a Gibeonitis laxum vidimus, dolus horum a crimine mendacii liberari nequit, quod di-

(u) Jos. IX. 24. (x) l. c. v. 9. 10.

discrepantia est verborum aut signorum a nostris cogitatis, quæ alter ex nobis intelligendi jus habebat. Juste itaque, ut cum Grotio rem eloquar, doli sui pœnam aliquam sustinuerunt Gabaonites, jam sua ditione subditi facti Hebraeorum: addicti enim sunt personali cuidam servituti, cum si egissent aperte, potuissent ad tributariam conditionem recipi. (y).

## §. VI.

**E**Ssent quidem plura adhuc dicenda circa nobile hoc argumentum: verum quum vetet ingenii tenuitas, vetet familiaris rei angustia,

veter subsidiorum heic loci  
inopia, veter etiam brevitas,  
quam sectandam nobis pro-  
posuimus, id pluribus perse-  
qui: ideo vela hic contrahen-  
tes, Te Cand. Lector, denuo  
rogatum venimus, ut levi-  
scula nostra æqui bonique  
consulas, ac imbecillitati i-  
gnoscas nostræ, quod non ut  
debuimus, sed ut potuimus,  
hæc Tibi sistere sustinueri-  
mus. Voto concludimus. Di-  
gnetur summus rerum Arbiter  
Ecclesiam nostram, variis fa-  
tis conflictantem ærumnis, ab  
omnibus præstigiis, cavillatio-  
nibusque ~~lur~~ ~~ad~~ ~~an~~ ~~os~~ ~~lur~~, sartam  
rectamque, in sui sanctissimi  
nominis gloriam, conservare!  
Quo nobis ab hac liberatis

mor-

mortalitate, in sæcula non  
quam terminanda liceat in  
sinu Abrahæ DEum laudare,  
& Ei coram Agno impolluto  
cum omnibus in cœlo beatis  
psallere ἵμισάγιον hocce Ange-  
lorum, Esa. VI. 3.

קְרֹוֹשׁ קְרוֹוֹשׁ יְהֹוָה אֱבָאוֹת :

S. D. G.



**Cosca**

Cunniasucuinen ja Hyvin Oppenut  
HEDRA

**Herr ERIKS CAJANUS,**  
Låmånn oppenen Thönså/ Gibe-  
onitain Catvalnvest/ Turun cor-  
kisa Schoulusa hyvin wästaisti.

**S**öea tötta tokiseist  
Ascar eistans abkerasti,  
Wicästi wirastansa  
Huolen pitå hartahimman;  
Taidon cansa tarckahimman.  
Lavallans eij farhaela,  
Van on sanvisa siweå,  
Thana ilon siasa:  
Håndå caicki kyttelevaråt,  
Yldäisesti ylistävaråt,  
Racassiarat rascashasti.  
Håndå wihdvin paläu paras,  
Duni jalo vdottavi,  
Maitittapa myöstii maro:  
Sciso nimi nändymättå,  
Muisto cans mätane mäktå.  
Låmånn tunsi toimellinen  
Maakunes, Herra mahtawainen,  
Ystäävani ylimmäinen,  
Vuica paras Vohjalainen,  
Cosca kyllå kilwoitellen  
Nöt ja päävåt yhtenänså,  
Wicästi wäjsantta  
Haefeli halniseisti,

Ekiesseli edellä eiköi,  
Oppeneiten osaurist,  
Kirjoisti kyllä kriettävist,  
Miesten parwesa varasten.  
Jongaa totta todistawi,  
Mihäiseksi osottawi  
Työsi tåmå täydellinen,  
Menos totta toimellinen,  
Oppis myös osa isombi,  
Kirjuituree cuuluisambi:  
Jongaa juuri julkisesti  
Vastat aiwan wacaisesti,  
Disputeraten todella,  
Latinata laitellen,  
Kielessä kyllä caunihilla,  
Cuulla sanoin fulvisella.  
Eij ä Gull un paleka suori,  
Cunnia caunis cuuluisambi  
Laitumella teüsan den,  
Eukuloilla corttuden:  
Eosea wihdoin Herra suuri,  
Wireyden paleka juuri,  
Siuna Eua Sionista,  
Lahjovittapi lawiasti,  
Euliu vähäas cunnian crunus,  
Osan anda ovanellisen.

Mäkin oonia koibotti

Juhana Juhanan Poica

Pohjalainen,

Til  
Herr ERICH CAJANUS,  
Då han,  
Om de Gibeoniters list/ med al-  
las nöje disputerade.

Ången ting i verlden är ,  
Som här högre plågar skattas ,  
Ån den lårdom hos sig bår ,  
Hålst om dygden där ej fattas :  
Lårdom är ju then alleen ,  
Som ej lider meen ,  
Utan list en green  
Fructer gifwer ,  
Alltid blifwer  
Gatt i större lius och steen.

Äher som dygden sig har fått ,  
Och sitt Herravälde drifwer :  
Brister godt ut aldramåst ;  
Hvilket VORDR vid handen gifwer ,  
Medelst fruchten han då rön ,  
Mår en Lager grön  
För des fljt til løn ,  
Blif med fågnad ,  
Honom ågnad ,  
Af Parnassens tåcka fön.  
Detta var sin wän och närliggande sevlig  
Abrah. Joh. Ræring.  
Öster Botninge.

Eidem.

**C**allida cum monstras molimina  
gentis Hevæ,  
Essent heic landum præconia, Arnice,  
Tharum  
Digna canenda mihi merito, nisi vera  
maneret  
**E**t rata vox veterum: Laudant ef-  
fecta Magistrum.

Protixiore animo quam verborum  
apparatus sic gratali involuit

LAURENTIUS WENDELIUS  
Ostro-Bern.

animalem secundum esse. Nam  
enim, animalia sunt, quae  
animatae, viventes, sensibilia, et  
capaces, sentientia, et motu, et  
respiracione.

• In animalibus ratione est anima, et  
animata est.

ratione est anima, et animal  
est, et sentientia, et motu, et  
respiracione.

animal est, et sentientia, et  
motu, et respiracione.